Fragmentarium

miseri cuilibet grauis tribulationis personam induens inimicos grauius conpugnantes
edisserit. Video inquit aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę.
et captiuum me ducentem in legem peccati. quę est in membris meis. Et adiutorium
tanquam circumspiciens si alicunde corporis mortis huius auxilium liberationis
ualeat inuenire. respirat ad unicum refugium gratię saluatoris. sine qua naturali
fortasse lege discernimus quidem uera. et secundum uelle bonum quod nobis adiacet uir-
tutes appetimus. sed non per ipsa nec illa uiuere nec istas amplecti sufficimus. Hec
est autem gratia domini ihesu christi sine qua creaturarum qualitates. fulgores scilicet
odores. atque sapores. supra modum concupiscere. ceteri quoque liquet uenenum demonia.
quas operantur mater non rerum sed nostro uitio nanciscuntur. mentes certa humana
ratione firmatas. frequenter perpetrauerunt. ut uidere prohibitum est concupiscere. et
mechari. oculus seu prurire. auris peruium sonis mollibus oblectamentis sine
fructu detractioni consentiens. odoratus quoque et gustus ac malesuada tangendi
blandimenta degeneres gignerunt uoluptates. Hęc eadem tamen ubi interior per gratiam
sanitas est. debitis exterius et moderatis officiis famulantur. et fit uniuersum corpus lucidum
propter interioris oculi simplicitatem. quę sic sine gratię languore non inest homini.
ita humana tamen custodia conseruari non potest. nisi dirigat corda et corporis
sensus noster qui uigilat super nos. et custodit stabile suum. christus dominus refugium et
saluator noster. Cooperare enim gratię eius in salutare tuum. sedem prouenire non ualet.
ipse est qui prouenit. et subsequitur. ipse educit te et deducit. inclinat. et eri-
git. et uariabilis filios erudiens. ueram pietatem seruans superflua tua tempera
correctione recidit. Proinde quia ciuitatis illius de qua gloriosa dicuntur.
lapidem te struere delibera. expolita latera tua tribulationum malleo
quadrare. quia molle lutum tuum uas honestum domus suę preparare disponit
flammis te temptationum probat adurere. et durare. quia uiuentem tuam

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_341_f163r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5347)